



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Annvs Diervm Illvstrivm Societatis Iesv. siue in Anni dies
digestæ Mortes Illvstres Eorum qui ex eadem Soc. Iesu, in
odium fidei, pietatis, &c. ... confecti sunt**

Nádasi, János

Romæ, 1657

P. Antonius Lopez.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44029

lem 6. Aprilis anni 1642. exaratis. Hæreticus Ministellus multis egit, vt illos ad perfidiam adduceret, sed contemptus est, & reiectus.

Thomas Nicofari.

Sub disciplina Seminarij educatus, multum ante, ac post initam Societatem operæ industriæque attulit ad commoda rei Christianæ apud Iaponios. Idcirco exilium, & ærumnas à suis civibus odio fidei illatas sustinuit. Postliminio redux ab exilio, Nangasachi flammis addictus, & viuis illustri morte in igne consumptus est.

*Iapon.
Nanga-
sachi.
22. Iulij.
1633.*

Fides ..

*Hispanus.
in Perua-
na ..
23. Iulij.
1596.*

P. Antonius Lopez.

Doctrinâ, sui demissione, zeli magnitudine, latè percrebrescente sãctimonix fa-

*etat. 53.
Soc. 32.
Cadaver
fragrans ..*



mâ conspicuum Antoniũ, ar-
 duis peregrinationibus ma-
 gnas Indis vtilitates attulif-
 se dicunt cùm aliæ, tum anni
 1596. literæ; vbi etiam cle-
 rici, qui frequentes ad eius
 exequias confluxerant, aiunt
 eius cadauer admirabilem
 odorum fragrantiam emisif-
 se. Epistola verò anni 1609.
 hominis meminit, qui se Lo-
 pecij peregrinabundi comi-
 tem sæpenumerò fuisse aie-
 bat. Is ex ore plurium id
 credentium atque affirman-
 tium asseuerabat, veneno
 necatũ ab ijs barbaris, quo-
 rum intemperantiã & ebrie-
 ratẽ, aliaque scelera, è Chri-
 stianæ legis dogmatibus, mo-
 nitor, nunc blandus, nunc
 acrior coarguerat; ab ijs-
 que pro martyre nunc ha-
 beri.

Ni.